Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

O nymphą ingenua, ſpectabilis, atq; decora,
Integer, et pręſtans, dñe ornatiſſime ſponſe,
Ad vos litterulas pueri dantes ſtudioſi,
Munere de veſtro cupiũt gaudere benigno,
Expectant hilares ſcolis iam iamq; remitti.
Continue in cętu ſacrorũ dum reſonamus,
Pro vobis ſuperos oramus ſupplice voto,
Vobis perpetuent cuncta, et per ſęcula lętos
Reddant, ſint vitę prolixaq; ſtamina veſtrę.
Limina, confeſtim, pręceptor et ipſe ſubintrat.

Studioſus cętus Scolaſticorum.

Ling Nº 175 (Ink.)
175

[illegible] a Lo. [illegible] Oct [illegible] [illegible]
et eius opus de triu[m] [illegible] Io.

Grecia Pegaſidos tantu[m] ſuſtollens fontes
Deſinat, et collens Aonia alta ſuos.
Quis modo non fluuius Muſarum ducit alumnos
Martos? que montis non iuga Muſa ſalit?
Que no[n] rura colant, quos no[n] inuiſere campos
Turba Camenarum, pulcher Apollo ſimul?
Quis numeret omnes Itala ſub gente Poetas,
Mintius, Eridanus, quos peperit vel Tybris?
Aut Rhodanus nobis, aut quos iam retulit Iſter?
Sic habet egregios Rhenus et ipſe ſuos.
Quin minime obſcuros proferunt et Veſtphala rura,
Nec ſpernunt ſacre noſtra vel arua Dee.
Langius hinc ſatus eſt vates, hinc Buſchius ortus,
Stemate preclarus, clarus vterque lyra.
Quid Hegium memorem Pellei nomine regis
Inſignem, Sophia clarum et arte theli?
Gratius hinc χαριτων ſimul haud ingratus alumnus
Muſarum ſatus eſt, carminibusque valens.
Cui Clarius lauru[m] parat, et ſua ſerta Sorores,
Atque legunt nymphe lilia mixta roſis.
Vatis Idumei multa nam laude θριαμβοσ
Carmine ſacrato ΤΛΗΜΟΣΥΝΗΣ que canit.
Gaude tantorum foelix o Veſtphala gaude
Terra altrix vatum, pignora clara vide;

— LAVS PANOMPHÆO TONANTI —

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DÜSSELDORF

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Gürreig — ſtolz pick … et ledera loſtie 1
hangibz i … zalges kreggorū gnager dyn beyniu

Johanni krüpshaer

De menſuris Sylla-baꝝ epithoma ſicu-ti ſuccinctiſſimū ita ⁊ fructuoſiſſimum. Petri Schotti Argẽtin.

Poſitio facit ſillabā longā

Quando vocalē ſequūtur due conſonātes diſtincte/ a vna gemina/ in vna/ vel diuerſis ſillabis/ et in vna/ ſeu diuerſis dictionibus/ aut vna duplex/ aut altera conſonans et altera vocalis conſonās facta.

Exempla
- primi — carmen
- ſecundi — vt ille. gamma.
- 3ii — aſt eſt
- 4ti — eſtas
- 5ti — pars
- 6ti — clericulis paro
- 7mi — apis pax gaza. maior. peio. eius
- Octaui — ſubuem. ab ioue. abiecit.

KÖNIGL. BIBLIOTHEK ZU DÜSSELDORF

(1500)

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

IACOBVS VuIMPFELINGIVS

Sletſtatinus Ioãni Zuigio Nemetenſi & Philippo Furſtenbergeñ. amicis cariſſimis Salutem dicit plurimam.

Vidit & legit humanitas veſtra lucubraciũculã Petri Schotti Argentineñ. de menſuris ſyllabarum exactiſſime comportatã obſecro ut vł paucíſſimis verſibus veſtris opuſculũ ipſum ex ornare ad legendũq; adoleſcenciores inuitare dignemini: lectu enim mihi dignum videtur. Valete. ex caſula noſtra philoſophica Heydelberge. v. Kłn. Decembres Anni Chriſti Milleſimi Quingenteſimi.

IOANNIS ZVuIGII NEMETEN

ſis Philoſophię Magiſtri Saphicum Endecaſyllabum in Opuſculũ Petri Schotti Argentineñ de mẽſuris ſyllabaꝝ.

Fontis en diui latices qui bucca
Corpore innixo bibitare gliſcis
Culmen & Cyrrę Cytheronq; ſacros Viſere colles:
Tempora ut cingat chorus ille lauro
Monte Parnaſo tibi hic Heſiodus
Atq; ubi ſacro meruit perhennẽ Munere laudem
Et ferant Nimphæ calathis anethum
Hanc legas Petri ſtudioſa pubes
Mente qui docta modulatur artem Metrificandi.

PHILIPPI furſtenbergeñ. Elegiacum

in Opuſculũ Petri Schotti Argeñ.

Eous pratis: Cretenſibus Ida pharetris:
Velleribus ſeres: gaudet Hymetus ape.
Immitis iaculum Parthus: tu melle Calydne:
Aſſirius flores: thura Sabeus amat:
Diligit Aonius prædulcia carmina Vates:
Gaudia quę ſuperant tocius orbis opes:
His cędunt tinctæ Getulo murice veſtes:
His cędit roſei lucida concha maris:
Aurifer his cedit Tagus & Pactolus & Hermus:
Mentorei calices: Coriciumq; crocum.
Ergo Poetaꝝ quiſquis ſolacia quęris
Huius doctiloqui perlege Vatis opus.

IN EPITHOMATA QVANTITATVM SYLLABARVM PETRI SCHOTTI ARGENTINENSIS PREFACIO.

Sunt hæc quę ſequuntur ad quantitatem ſyllabarum iudicandam ex multis concepta: q̄ quaſi ſub oculū pręſcripta videantur. Quæ quidem ſufficient ſtudioſo diligentiq; idoneoꝝ Poetaꝝ lectori: qui ſcilicet meminerit in græcis & hijs quæ a græcis deducuntur græcam orthographiam obſeruandam eſſe: quæ ferme quantitatem aperit. Tam autem in latinis q̄ in græcis probatorū Poetaꝝ uſitaciora exempla imitāda ſectandaq; eſſe. Reliqua quæ ad carminis ornatum decorumq; pertinent ab alijs diſcantur. Hæc incipienti laborē ſatis ſuperq; ſuppeditabunt.

¶ REGVLE GENERALES AD DIGnoſcendas quātitates: ad ſyllabas prīas medias & finales pertinentes.

PRIMA. Dipthongus longa eſt. ut audax. eumonia. quæ fœnus. Excepcio. Inuenitur nōnunq; breuis ſi eā mox ſequatur vocalis. ut præire. præeſſe. præuſtus.

SECVNDA. Poſicio longam facit ſyllabam. Poſicio dicitur quando poſt vocalem ſequuntur aut Duę Conſonantes ut carmen. aut Vna geminata ut ille. aut Vna duplex: quales ſunt X. ut axis. Z. ut gaza. I. conſonans medians inter duas vocales. ut aio: maia. Notandū tamen φ ſi in eadem dictione vocalem breuem ſequatur muta & liquida: vocalis illa īdifferens erit. ut atlas. tenebrę. Craritmon. Tecnon. Plura notari circa hęc poſſent: hęc pro inicio addiſcēti ſufficiant.

TERCIA. Vocalis ante vocalem in latinis dictionibus breuis eſt. ut deus. meus. gloria. Excipiūtur. Fio fis. ubi producitur: niſi r ſequatur ad e ut fierem fieri: tunc eīm corripitur. Item Genitiui nominū & pronominū in ius deſinentes ut iſtius. illius. in quibus indifferenter ponitur. Hinc excipitur alius: in quo ſemꝑ producitur ad differenciā nominatiui alius & alterius in q̄ ſemper breuiatur. Itē Genitiui & datiui quintæ declinacōnis qui habent e inter duo i: quia producunt e ut diei. materiei. ſpeciei. In græcis frequenter ꝓducuntur

citur vocalis ante vocalē ut Troes. Quandoq; corripitur ut hyades. Iambus. Ilion. comedia. ſophia. Quandoq; eſt anceps ut chorea. platea. eous: in his tamē precipue ad exēpla recurrendū eſt. Aer & dius quoniā græca ſunt primā longam habent. Maria apud Seduliū ad imitacōem grecoꝝ longam habet: apud Claudianum breuem.

QVARTA. Accentus quantitatem ſyllabę penultimę vel quæ penultima fieri poſſit reuelat: quē ſi non ad occurrentem dictionis poſicionē notare poſſumus fiat cōpoſicio aut diminucio ut accentus ſonet. Vt ecce ſi queras quantas habeāt primas lego et duro: compoſitoꝝ ab his (perlego perduro) accētus te docebunt. Item ſi in percucio fortunatarū & ſimilibus quantitatem ſecundę ſillabę ignores: fac diminuciōem: ut percutis fortuna: & accentu cognoſces huius longā alterius breuē eſſe. Excipiuntur Deriuata a facio ut calefacis frigefacis et ſimilis condicionis. Item apocopata ut Mercuri Virgili.

Aliquando ſiquando deinde et ſimilia. Itē & græca quedā excipiuntur ut ſophia.

QVINTA. Deriuata regulariter ſeruant quantitatem primitiui ut donum a dono: munero munus. In hoc tamē obſeruandū qua deductione inde deſcendat. Vt ecce moueo primā habet breuē: moui longā: per regulam de p̄teritis biſſyllabis paulopoſt ponendā: ſic & motū ut regula de ſupinis biſſyllabis p̄cipit. Itaq; quicqd a moueo deducitur prima eſt breui ut mouebam. mouendus. mouerem. Quod a moui deriuatur longā habet primā ut ſunt quinq; tp̄a moueram mouiſſem mouerim mouero mouiſſe. Similiter q̄d a motū venit lōgum eſt ut motus moturus motabilis q̄d per ſincopam fit mobilis. Excipiuntur plurima quæ carminibus quidam cōplexus eſt quæ Sulpicius recenſet: ſed ea Regulis particularibus ſubſequentibus eciam comprehendentur.

SEXTA. In compoſitis ſyllaba tanta eſt quāta fuerat in ſimplicibus. Excipe nubo: nam cū ſimplex habeat nu longam: Innuba pronuba habent breuem: Connubiū v̄o indifferētem. Iuro quod habet longā. Deiero peiero breuem. Dico longū. Maledicus cauſidicus breue. Notus longū. Cognitus agnitus breue. Itaq; prepoſicio in cōpoſicione ſuā quātitatem ſeruat: niſi vel poſicio vel vocalis vocalē ſequens aliť

menſurare compellat. A ſemp̄ longa eſt ut amitto auuius

Ab breuis eſt ut abigo abeo.
Ad breuis ut adactus.
E longa eſt ut euado
Ob breuis ut oberro obūbro
Niſi fiat po ſicio ut Abnuo. Addico. Efficio. Oppugno.

De ꝓducitur ut depono decipio — Niſi ſequatur vocalis ut dehiſco. Di producitur ut diduco diuido. Excipiūtur hæc duo dirimo & diſertus Præ diphtongo producitur Sequenti tñ vocali corripitur ut præuſtus præire præeſſe.
Pro natura producitur: p̄terq̄ in his ubi ſequitur vocalis ut ꝓauus: Et in his procuro procella profanus profatus profectus profecto proficiſcor profiteor profugio profundo profundus profugus pronepos propero propheta proteruus profeſtus q̄ habent pro correptam. Bi & bis corripiunt ſemper niſi vetet poſicio. Re corripitur ut repono reduco. Notatur reijcio quod ex poſicione habet primā longā: Nōnunq̄ tamen abijcitur primū i & tunc breuē habet: et propterea varie reperitur. Preterea refert quando ſignat intereſt vel diſtancia eſt habet re longā. Item nōnulla conſonantes in carmine geminant dum producitur re ut reppuli rettuli relligio relliquię repperi. aliter enim corriperetur.
Se longa eſt ut ſeduco ſeparo: niſi ſequatur vocal' ut ſeorſum.

SEPTIMA. Tanta eſt prima ſyllaba verborū cuiuſuis temporis quanta fuit in preſentis Indicatiui prima poſiciōe ut doceo docebam docui doce &c.

Excipe:
- Quæ primæ poſicionis litteraturam non ſeruant ut genui poſui coegi
- Preterita biſſyllaba q̄ ſp̄ ꝓducūt primā p̄t: Vocalem ante vocalē habencia ut fui nui rui. Bibi Dedi Fidi Scidi Steti Tuli
- Preterita geminata quę primā ſemper corripiunt ut pepigi fefelli momordi.
- Supina biſſyllaba quę ſemper producunt primam Præt: Citum a cieo Itum. Datū Quitū Satū Statū Sitū Ratū Rutū Litū a lio

Preteritoꝝ perfectoꝝ quātitatem ſequūtur ab his formata tēpora Ram ſem rim ro ſe. Supinoꝝ quoq̄ racionē ſequūtur

participia ab eis deducta. Excipe Staturus q̄d eſt prima longa a ſtatu ſupino. Item Ambitus quod eſt media longa ab ambitu ſupino.

OCTAVA. Exemplo approbati cuiuſpiā & idonei Poetæ quantitates ſyllabaꝝ certiſſime vidētur. Tanto eciam cercius ꝙ ab eis profecta videtur omnis quantitatū animaduerſio: nec tam natura ipſa longam breuem ue ſyllabā eſſe depoſcit q̄ꝫ obſeruatus a Poetis uſus imitandi ſe neceſſitatē nobis iniungit.

Regulæ ſpeciales ad dignoſcendas Quantitates Syllabarum.
In primis Syllabis.

A ante B corripitur ut ſtabulum: labor nomen: labo as.

Excipe:
- Fabula Fabella Fabor Flabam Labes
- Labor verbum Labilis Nabam Pabulum
- Strabo Tabes Tabi Tabo.

A ante C corripitur ut acetum: acerbus: acer nomen arboris

Excipe:
- Acer pro forti Baca Brace Brachium
- Facūdus Graculus auis Macero aput Ouidiū.
- Machina Pacis & quæ inde ſunt Placo
- Pacuuius Tracia Vacinia Dacus

A ante D corripitur ut gradus vadum cado.

Excipe:
- Clades Gades Gradiuus q̄d & Oui. corripuit
- Rado Radix Radico Suadeo Spadix
- Trado Traduco Vado.

A ante F corripitur ut vafer.

Saphirum excipit Alexander.

A ante G corripitur ut ago: plaga pro retibus & regione: ſagax: flagellum. ſagum pro militari veſte.

Excipe:
- Vagitus Vagina Strages Stragula
- Saga pro incantatrice Sagio Pagus
- Fagus Lagus Flagro Fragum pagina
- Magalia plaga pro vulnere Tragedia
- Fragro Flagito Flagiciū Indago Fragia;

A ante L corripitur ut ſalus palus ſalebre malus a um.

Excipe { Ales itis Ala Alea Alitus Balena
Caligo Qualis Talis Talio
hic Malus nauis arbor hec Malus pomus
hec Mala a qua maxilla hoc Malũ id eſt pomũ.
Palo palantes quaſi palam euntes Baliſta
Squaleo Qualus Malo is. Scalę Talus.
Talaris Calo onis variatur. }

A ante M producitur ut lamina lamentor amentum.

Excipe { Amo &c. Amita Amenus Damus
Fames Chlamis Tamos Tamen
Caminus Hamus varie }

A ante N corripitur ut Cano: manus: anus pro vetula.

Excipe { Anulus Anus pro podice Canon Canabis
Canus &c. Danubius Granum Ganeo
Ianus Ianua Mane Manes Nanus
Lana Lanugo Fanum planus panis
Panos Rana Trano Vanus Vaneſco
Sanus Manius proprium. }

A ante P corripitur ut caput aput.

Excipe { Apulus Capadocia Crapula Napus
Papa pape Papas proprium
Papilio Rapa Vapulo Apher
Saphirus papo verbum. }

A ante Q corripitur ut aqua Aquila.

Notentur compoſita ut Nequaquã.

A ante R corripitur ut aro: aruſpex: hara porcoꝝ: dare.

Excipe { Area Areo Aridus &c: Aruncus
Ara pro altari Carus Carica Carex
Clareo Clarus &c. Faris Glarea
Gnarus Harum Quarum Iarus
Larex Narix Naricia pareo pharus
Stare Rarus Varus Varillus: }

A ante S producitur in diſſyllabis ut Caſus Naſus phaſus.

Præter Caſa Baſis.

In poliſyllabis corripitur ut baſiliſcus. Aſia regio.

Præter { Aſia palus Baſium
Caſeus Raſura. }

A ante T corripitur ut pater quater nato as. latus eris. latro.

Excipe:
Ater Atrium Atramentū Blata Brathea
Catus cata Crates Clatrus Catolicus Crater
Flatus Fatur Fatum Frater Gratus Gracia
Grator Gratulor Laterna Latus a ū Lato as
Maturo Matuta Mater Matertera &c. Maria
Natura Natus Natalis pratū Quatuor
Quatenus Stratum Statera Saturnus
Vates Vaticinor Vaticanus.
Platea anceps habet.

A ante V corripitur ut auis grauis fauus.

Fxcipe:
Auuius Bauuius Clauus Claua Clauis
Dauus Dauidicus Flauius Flauus
Flaueo Gauiſus Gnauus Lauinia Mauors
Mauis mauult Nauis Nauigo Nauita
pauo prauus Suauis Suauium Suauior.
Et reliqua quæ habent mutam ante L.

E ante B corripitur ut Hebenus Lebes.

Excipe:
Creber Debeo Debitum &c. Debilis
Ebrius Hebe Flebam Febris Gleba
Hebreus Nebam Nebris plębes prebeo
Phœbus phœbe Rebus Rhœbus equus
Rebam Sebum Thebe.

E ante C corripitur ut Secus ſecundus.

Excipe:
Cecus ceco Echo Fœcundus Fecis &c.
Fœci Gręcia Gręcus Mœchus Mecenas
Mecum pręco præconiū & cętera cum prę.
Sæcula Securus Secius Secum Tecum
Teca Vecors.

E ante D corripitur ut Sedeo verbum. Cedo pro dic.

Excipe:
Credo Cedo ceſſi & cecidi. Dedalus Dedo
Deditus Edo edis Edes ęedituus ędilis
Editus Edictum Hedus Fœdus Fœdare &c
Sedo Medea Media regio præs prędis
prædo prædium præditus pedor pædico.
Rheda Sedulus Sedicio Sedo das &c. Teda
Sedes nomen Tedet Tedia.

E ante F corripitur ut Efeſus Ciuitas.

Compoſita cũ præpoſicionibus ſorciuntur quantitatem ſecundum Regulam prius poſitam Sextam ut reficio refigo defero præfectus.

E ante G corripitur ut lego is. rego egenus.

Excipe:
Dego Eger Egroto Egyptus Egregius
Egeus Egon Egis Egoceros Lego as
Legatus Legacio Legis gtius Regis gtius
Regina Regia Regalis Regula Tegula.

E ante I conſonantem poſicione longa eſt ut peior: ante i vero vocalem per terciam Regulam ſup̃ breuis eſt ut Dei mei.

E ante L in diſſyllabis ꝑducitur ut velũ telũ celũ chelę.

Excipe:
Chelis Celer Gelo Gelu Melos
Melus Scelus Velut Velim.

In poliſyllabis vero corripitur ut Elegus elementũ elemoſina

Excipe:
Belua Delicię delicatus delibutus delius
Deliquo Delictum Elyſium Elicius
preliũ prelum Spelea ſpelunca Zelotipus
Electrum quod apud Virgilium breue inuenitur
Quod fieri ferro liquido ue poteſtur electro.

E ante M corripitur ut emo memor nemus femur.

Excipe:
Cementum Clemens Crementum Demo.
Demens Demum Demon Demus
Emulus or Emineo Emathia Eminus
Emolumentum Femina Femur a for
Flemus Stemus Nemo premium
Remus Remex Remigo Semen Semita
Semis &c. Schema Stema Thema.

E ante N producitur ut fenum menia venor Iena.

Excipe:
Enim Freneſis Feneſtra penes penitus pene
Penates penus u penetro penetralia Teneo.

Breuis eſt ſi p̃cedat:
B ut bene benignus
G ut genus genero
S ut ſenex p̃terſenus
V ut venio — Excipe: Venum ſupinum. Venor venaris. Vena.

E ante p corripitur ut Tepeo Nepa.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Cepe Cepa Epyrus Epacta
Repo Sepia Sepe Sepio
Exci Sepes Sepiola.
pe Præpes præpucia diphtongum habent.
Repperi reppuli poſicionem.

E ante Q breuiatur ut neq; : equus animal.

Equor ęquus a um ęquo as &c.
Excipe Nequam Nequicq; Nequicia
Nequaq; Sequanus.

E ante R corripitur ut herus: ſerum lactis: merum: ferum.

Clerus &c. Cera Cerites populi
Ceroma Ceruleus Cerulus Chere.
Eruca Erugo ęris ab æs genitiuus
Erugino Erumna Erigones Flerem
Exci Feralis Heros ois Heres Heredo
pe Hereo Mereo id eſt lugeo Nereus
Nerio pleriq; &c. pero pera Quæro
Rerum Rere Spero Sphera Seria
Seres populi Sericum Serus a um
Varus verax veris gtĩus veruca veratrum

E ante S producitur ut ceſus Cæſar Excipe Theſis
Ieſus a nonnullis corripitur ſed racio græca producit.

E ante T producitur ut fretus Thetis uxer Oceani.

Excipe Etiam Fretum Meto Metuo
Metallum Metrum Retro
Thetis idis mater Achillis Getha anceps

Breuis eſt ſi præcedat V ut veto
P ut peto Excipe petus pretereo
pretor
preter pletus.

E ante V conſonantem longa eſt ut leuus: leuis id eſt politus:
& ſęuus ſcęuola ęuum.

Exci Breuis Leuo as Seuerus.
pe Leuis dum opponitur graui.

I ante B breuiatur ut tribus Hiberus Liber cortex uel codex
Fibra Fibula Hybernus Hybrida
Ibo Quibo Ibis idis Libo
Liber id eſt Bachus & qui ſui iuris eſt.
Excipe Libero as Liberi id eſt filij Libanus
Libertus tinus. Libro Libra
Scribo Scriba Sibilus Tibia
Tibicen Tribula Vibex Viburnũ.

I ante C corripitur ut dicax licet.
Dico Ficus Ficedula Licium
Ico Mica Niciteria Picenus
Excipe Pica Picus Sicut Spica Trica
Spicalum Sicania Tricenus
Vicus Vicinus & cetera.

I ante D producitur ut ſidus fido Idem maſculini generis.
Excipe Cidonia Fides Fidelis Fidis
Idem neutri generis Idoneus Ideo Quidem.
Breuis eſt ſi p̃cedat B ut biduum bidens.
V ut video.
T ut triduũ Præter Strido
Strideo

I ante F vel ph producunt ut Gryphes Tiphis.
Excipe Bifidus Trifidus & compoſita.
Tripheus Cyſus.

I ante G breuiatur ut rigeo ligo.
Excipe Bigæ Digero Figo Frigus Frigeo
Fligo Frigilla Migro Piga
Pigargus auis Sigeus Triginta Viginti
Quæ habent ſt ut ſtigo preter Stiga Striges
Strigiles quod variatur.

I ante L producitur ut Bilis: Milia: Pilum: Telum pro pila vel columna.
Excipe Bilibris Cylidrus Cylindrus
Cilium Cilicia Filix Hilaris
Milium id eſt granum Philomena
Pilus Pila pro ludo.
Breuis eſt ſi precedat S ut Silex Sileo Silique.
T ut Tilia.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

I ante M producitur ut rima Excipe
Fimus Simul Hymeneus Hymen quod longum inuenitur.
Nimis Thimum.
imago Et poliſyllaba ut timeo ſimilis Preter Simia.
I ante N producitur ut crinis linea finis linum
Excipe Lino is. Linio is. Tinea. Et habencia ante I C. ut cinis. M. ut minor: pter Minos S. ut ſino is. pt ſinū vas. Linus ppriū variat. ppriū
I ante P corripitur ut hyberboreus: ſtipes is vulgo ſoldt.
Cyphus Cipus Cyprus Griphes
Hypocrita Hyppodates Hypponanes poſ.
Excipiūtur Ripa Riphei Stipes ſtipitis vulgo ein ſtock.
Stipo Sypho Sypharium Typhis
Vipera.
I ante Q corripitur ut liqueo liquor aris. Excipe
Liquor liqueris Siquis &c. liquit preteritum.
I ante R pducitur in biſſyllabis ut Mirus Lira pro ſulco.
Excipiuntur Lyra muſicæ. Pirus pirum.
Pyra. Tyrus. Viri genitiuus.
In poliſyllabis vͦo corripitur i ante r ut mirica virilis.
Excipe Chironomus. Chirographus. Pirula.
Piramis. Pyramus. Pirata. Pyroma.
Tyria. Tyreſia.
I ante S producitur ut viſus fiſus Niſus.
Excipe Diſertus. Miſer. Miſereor.
Niſi. Ptiſana
alius pri: cons I ante T corripitur ut item: nitor nomē: iturus: lito as.
Excipe Bithinia Bethonia Clitelle Dito Ditis.
Glitis Italia Itur Litus Litis Litigo.
Mitilus Mitis Miteſco Nitor eris mitra long. p.
Phiton Pytagoras Pitiſma Pſitacus
Ritus Rito as Scito Scitor Scythia
Scytha Sitis a verbo ſum Siton Triton
Triticum Trituro Titirus Titan
Titillo Vito Vitupero Vitis
Vita Vitrum. Italus indifferenter.
I ante V producitur ut riuus priuo. Excipe
Biuium Niuis Triuium.

O ante B corripitur ut ſoboles obes ab obſum.

Excipe: Bobus Gobio Mobilis Nobilis Nobis vobis Obex Obijcio Probrum Robur Roboro Sobrius Tobias.

O ante C breuiatur ut Iocus focus. *noceo.*

Excipe: Cocytus Foco verbum Iocundus Ocior id eſt velocior Ocium &c. Phoca Oceanus Poculũ Procerus Vocis Vocal

O ante D producitur ut Codex Nodus.

Excipe: Modus Modo Odor Et poliſyllaba ut Fodio Preter prodero.

O ante F corripitur ut profugus ofella.

Excipe: Offa Profugio Profero Profui Scrofa.

O ante G producitur ut cogo cogito

Excipe: Logos Rogo Rogus Toga

O ante L breuiatur ut Colo is. ſtola. Tolus. *ſoleo*

Excipiũtur: Boletus Bolanus proprium Colyphia Colum Colo as Dolium Moles Molior Molimen Nolo Olim Polypus Prolixus Polydamas Proles prologus Solis Solus Solor Solacium Solers Solercia Solennis.

O ante M producitur ut nomen como comis.

Excipe: Comedo Como comas Coma Comes &c Domo domas Domus Comitor Dominus Glomus Glomero Gomor Homo Nomas Omaſum Omitto Stomachus Tomos Vomo.

O ante N breuiatur ut bonus.

Exci-pe:
Monos quod indifferens dicunt.
Monicus proprium Centauri.
Nonus Nonæ Zona.
Quę habent { C ut conor. D ut donec. P ut pono } Præter Donus (apud Lucretium

O ante P breuiatur ut opes. populus collectiuū. ſopor.

Exci-pe:
Opilio Opidum Operior id eſt expecto.
Propago populus arbor poples
Popeanum popiſma Sopio Tophus.
Quæ habent C ut copia Sclopus.
Præter Scopulus Cophinus Scopos

Ops in obliquis de uxore Saturni corripitur: de Nympha vo producitur: ut Opis ad ęthereum pennis aufertur Olymphū.

O ante Q breuiatur ut Coquus. Quoq; coniunctio. Loquor

Exci-pe:
Quoq; a quiſq;
Compoſita cum pro ut proquiro.

O ante R corripitur ut Chorus ſacrorum cetus: vel muſicæ inſtrumentum. Mora. Torus. forū. forenſis.

Exci-pe:
Coram Corus ventus Corycus Coricius.
Doris Doricus Horum Hora Morus
Moris gtīus. Moroſus id eſt difficil' in moribus
Noram Noricus Noris Oris genitiuus
Oro as Orator Orithia Quorum
Storax Sorex Soracte Thorax
Quę habēt ante O { L ut lorū ploro floris gloris gloria. R ut roris proris }

O ante S producitur ut Gnoſius Troſylus Roſius.

Exci-pe:
Doſis Poſui Proſeuca Roſa
Proſa anceps eſt.

O ante T corripitur ut quotus. totidem. noto notas. nota note ſubſtantiuum.

Exci-pe:
Botrus Cotis gtīus Dotis doto Fotus
Lotus Lothos Motus Notus a noſco
Poto Quotidie Totus Votum.
Habencia duplicem conſonantem ante O ut Cloto Protinus. præt { Protos. Proteruus. Ptotos. }

O ante V breuiatur ut ouis moueo. Excipe Ouum
Itē cōpoſita cū pro ut prouīcia prouidus prouētus ꝓuideo.

V ante B corripitur ut rubus ruber.
Excipe
- Lubrico Pubes Rubigo Suber
- Tuber Vber Vbertas. (in Regula vi. ſup̄.
- Que hn̄t
  - N ut nubes. Nubo: de cuius cōpoſitis
  - B ut bubo bubus Præter bubulcus.

V ante C producitur ut lucus fucus duco verbum.
Excipe
- Ducis gtius Ducenti Lucrū Lucror
- Lucerna.
- Habēcia ante V
  - C ut Cuculus.
  - N ut Nucis.
  - R ut Crucis.

V ante D producitur ut Iudico Trudo. Excipe Pudet pudor pudibundus Rudentes Rudis Ruder Sudes Studeo Tuder. Rudo dis. indifferenter.

V ante F ſemper producitur ut Buſo rufus.

V ante G producitur ut Nugæ Mugio Ruga Lugeo.
Excipe
- Tuguriū
- Habencia ante V
  - I ut Iugū
  - F ut fugio
  - P ut pugil

Preter
- Iugera Iugis adiec.
- Fruges. Frugi. frugilis.

V ante L corripitur ut pulex mulier gula ululo.
Excipe
- Culus —— Dulichium
- Habēcia ante u
  - G ut gulio
  - F ut fuligo
  - M ut mulio
  - preter
    - Gula
    - Fulica auis
    - Mulier
- Vligo aput Virgilium anceps reperitur.

V ante M producitur ut pluma Cuma
Excipe
- Humus Humilis Humerus Sumus.
- Habencia ante V
  - N ut numerus — Præter Numen.
  - C ut cumulus.
  - T ut tumulus — Præter Strumam.

V ante N producitur ut Luna. Excipe Cuneus Tunica

V ante P corripitur ut Lupus. Excipe Cu pa Iupiter Stuppa p duplicat Supara.

Item excipiuntur habēcia ante u
- R ut Rupes Scruplus Scrupulus Scrupeus
- N ut Nuper.
- P ut pupillus pupula.
- Pupilla autem anceps habet.

V ante R producitur ut thuris ruris murex murus.

Exci- Curulis Furis genitiuus Furia
pe Furor Furo verbum Muria

V ante S producitur ut puſio. Excipe
Puſillus cum compoſitis Suſurrus

V ante T producitur in diſſyllabis ut mutus muto as utor.
Cutis Frutex Lutum Puto as.
Excipe Muto nomen: q̃uis Horacius ꝓducat Putris
Vti aduerbium Vter utra utrum.

Similiter poliſyllaba corripiunt V ante T ut puteus uterus.
Fucio Futilis Glucio Glutinũ Glutino
Excipiũtur Mutuus a um. Mucio Nutrio Puteo
Tutela Luteus varie reperitur.

V ante V conſonantem ſemper producitur ſi nulla prҫceſſerit conſonans ut uua. Aliter vero corripitur ut pluuia fluuius.

Et hæc de primis Syllabis.

De medijs Syllabis.

¶ Media Syllaba dicitur omnis quæ non eſt Dictionis prima vel ultima.

In medijs Syllabis.

A ante B corripitur ut Syllaba Arabes. Excipe
Bilis ut amabilis tractabilis.
quæ deſinunt in Bundus ut errabundus vagabundus.
Bulum ut venabulnm.

A ante C corripitur ut alacer abacus.
Cloaca Lunaca Meraca Opacus
Excipi- Deſinencia in ulum ut tabernaculum vernaculus
untur Genitiuos in acis ut fallacis minacis fornacis.
Preter hos duos genitiuos Cloacis Pharnacis

A ante D corripitur ut lampadis cyclades. Excipe Cicada

A ante F vel ph corripitur ſemper ut colaphus.

A ante G producitur ut imago Indago.
Abdenago Lalage Sinagoga
Excipe Nomina ſecundҫ declinacionis ut aſparagus pelagus Pedagogus montiuagus.

Cirngra et podagra indifferencia ſunt.

A ante L corripitur ut Italia: Tantalus: Aſcalon.

Excipe:
- Genitiuos in alis neutri generis ut animalis.
- Denominatiua in alis ut Borealis thoralis
- Propria nōnulla in alis ut Iuuenalis Marcialis

A ante M corripitur ut calamus: Priamus.

Excipe:
- Thimiana.
- Verbalia in amen ut ſolamen foramen.
- A in cremento verbi ut amamus legamus: preter compoſita a do primæ cõiuga. ut circundamus.

A ante N corripitut ut Galbanum: clibanus.

Excipe:
- Aranea & araneus: Pellicanus.
- Gręca in an creſcencia in genitiuo ut titan titanis
- Adiectiua ſecundę vł primę declinacionis ut Soranus: montanus: Romanus: Inanis: Alanus.
- Propria hominū vł locorꝫ ut traianus: Vulcanus
- Garganus Bianor p̄ter Dardanus licanus balanū

A ante P corripitur ut alapa. Excipe Priapus: Sinapi.

A ante Q corripitur ut Tanaquil Tolle nequacꝫ & cõpoſita.

A ante R corripitur ut Ceſaris: Barbarus: Nectaris

Excipe:
- Amarus Auarus Cocleare Zodeuaria Scholaris & ſimilia
- Obliquos terciæ declinacionis ut calcaris lupanaris. Præter: Iubaris. Nectaris. Ceſaris. Aſparis. Boſtaris. Caparis. Barbaros ut ha
- Finita in rius ut ſextarius: armarium: (milctaris pinguiarius &c. Præter Denarius.

A ante S corrtpitur ut Carbaſus.

Excipe:
- Parnaſus — Omaſum.
- Deriuata ut Agaſo.

A ante T corripitur ut Cyathus: calatus.

Excipe:
- Denominatiua participia verbalia & ſupina in atus: ut barbatus: principatus Grabatum.
- Deſinencia in tes ut Achates.
- Obliqui nominum in as ut abbatis: pietatis.

A ante V producitur ut Cadauer.
Animaduertenda ſunt compoſita ut abauus atauus.

E ante B producitur ut monebam: Corebus.

Excipe Helleborus Herebus Heſebon Celeber
Latebre Tenebre Salebre Terebintus.
Finita in bundus ut tremebundus.

E ante C producitur ut Veruecis. Excipe
Quædam propria ut Seneca.

E ante D producitur ut putredo.

Excipe Eſedum Melchiſedech.
Deſinencia in da ut Andromeda.
Cōpoſita a correptis ut comedo bipedis ficedula.

E ante F corripitur ut Elephas Telephus.
Compoſita a longis producūt ut veneficus: Niſi deducta ſint ab infinitis lōgis quæ corripiūt ut a tepere liquere deducitur tepefacio liquefacio.

E ante G corripitur ut Elegus: murilegus.
Excipe Deriuata aliqua ut collega: triſtega.
Propria aliqua corripiunt ut Vcalegon.
Nonnulla producunt ut Cethegus.

E ante L producitur ut Phaſelus. Excipe Angelus
Propria ut Thymele: Abymelech.

E ante M producitur ut Heremus verbum: vindemia.
Excipe Alemania Hiemis &c. Getſemani
Heremus nomen quāq̄ᵹ pocius ꝓducendū eſſet.
Vehemens Vindemiator Hora. corripuit.

E ante N producitur ut Balena Serenus Tyrrhenus.
Excipe Hebenus Iuuenis
Propria ut Helenus Helena Diogenes Hermogenes Archigenes: at Origenes quāuis uſus ꝓducat corripiendū tamen videtur.

E ante P corripitur ut pronepos edepol.
Tolle Præſepe Preſepia.

E ante R corripitur ut tenera Cerberus legere. Excipe
Deriuata in rus vel in rum ut Auſterus Galerus. pre ter Iterum. Inferus. Patera. Superus. Vterus.

Cythera Inſulæ Cypri ciuitas penultima lõga eſt
ut Virgilius Aeneidos primo Hunc ego ſopi-
tum ſomno ſuper alta Cythera. Idem in decĩo
Eſt Paphos Idaliũq; tibi ſunt alta Cythera. At-
tamen in deducto aliter habet ut Virgilius ęne
idorũ primo At Cytherea nouas arces &c.

Excipit

Cythæron autẽ unũ ex iugis Parnaſi montis Ba-
cho ſacrum diphtongo ꝑducitur Virgilius in
quarto Aeneidorum Orgia: nocturnuſq; vo-
cat clamore Cythæron.

Cratera ris. Characteris Chimera
Hiberus Mulieris Megera
Panthera ris. Statera Myſterium
Trieteris Trietericus.

In ĩcremento ỽborũ aliqñ ꝑducitur ut docere le-
gerũt. Aliqñ corripitur ut amauerã dicere: q̊d
ex regulis grãmaticę & ex accentu optime dig- (noſcetur

E ante S corripitur ut Hereſis Matheſis ſciencia.
Freneſis quod indifferenť habet.

Excipe Compoſita a longis ut obeſus.
Matheſis dũ ſignificat diuinacõem. Poeſis ;

E ante T producitur ut Facetus.

Amethiſtus Temetum.

Excipe Nomina & obliquos tercie declinacõis ut p̃t pietas parietis.
Agnetis Inquietis
Lebetis Locupletis
Magnetis Quietis

E ante V producitur ut longęuus: ꝗuis eciam diphtõgus il-
ic ita eſſe compellat.

I ante B corripitur ut Aprilibus Chalybis. Excipe Futura
Indicatiui quartę cõiugacõis ut p̃ibo adibo nequibo. Item
Compoſita a longis ut prelibo. Et verbalia in bilis a quarta
coniugacione indifferens habere dicuntur ut ſenſibilis: audibi
ils. Similiter & poſſibilis.

I ante C corripitur ut ruſticus Amicus proprium Tubicen.

Excipe
Apricus Amicus a um Formica Lectica
Lorica Mendicus Mirica Poſtica Pudicus
Rubrica Tibicen Vmbilicus Vrtica Veſica.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Gtis i icis a noibus
In ex corripitur ut verticis. — Præter Lodicis.
In ix: In masculinis corripitur ut Calicis — Præter Bombicis, Phœnicis, Maſticis.
Adde Salicis & Silicis.
In aliis producitur ut felicis radicis pernicia.

Propria in icis aliqua corripiunt ut Alaricus Cimicis.
Producunt alia ut Caicus. Federicus.

Iculum in
Diminutiuis corripitur ut verſiculus: auricula.
Aliis deductis a cōiugaciōe — Tercia corripitur ut diuerticulū. — Quarta producitur ut periculū

I ante D corripitur ut auidus: cupidus.
Excipe Abydus Conſidero Deſidero
Finita in ido ut formido. Cupido.

Patronimica quedam corripiunt ut Priamides: Quedam producunt ut Theſides: Coronides.

Ibid m cōe eſt ſicut ibi
Compoſita ſimplicium naturam ſequūtur: unde
Perfidus a fido longum eſt: a fide breue.
Conſidet a conſideo breue: a conſido longum.

I ante F corripitur ut coliphia: artifices.
I ante G corripitur ut mitigo colligo.
Excipe terminata in Ga ut auriga. præter Caliga.
Go ut caligo.

I ante L corripitur ut auxilium: agilis: Maſſylia ciuitas.

Excipe
Aſylum Maſſylium regionem Affricę.
Neutra in ile ut ſedile: cubile: mantile.
Sic & Exilis: Subtilis: Aprilis.
Denominatiua ut ſeruilis conchiliū ſcurrulis p̄ter Dapſilis Humilis Paridis Peſtilens

Verbalia autem corripiuntur ut utilis fertilis nubilis amabil' docil'. Vnde teſtil' a teſta p̄ducitur: textil' autē a texo corripitur
Vocatiui huiuſmodi Virgili Pompili q̄uis accentum habeāt in penultima breuem tamen eam habent.

I ante M breuiatur ut optimus Calimachus azimus.

Excipe
Opimus Sublimis
Creſcencia & verbalia quartæ cōiugacionis ut audimus: munimen: munimentum: farcimen.

Compoſita ſequuntur ſimplicia ut poſſimus: magnanimus.

In cremētis verborū regulas grāmaticorū & accentū conſule: ut audiuimus: velimus.
I ante N corripitur ut Pampinus: Virginis.
Exci Catinus Caminus Cuminū Erinis Salinum
pe Feſtinus Propino Martinus Supinus
Obliqui a ntīs ī in producunt ur ut Delphinis: Phorcinis.
Deriuata & poſſeſſiua lōga ſunt ut quirinus fauſtinus auſtrinus cedrinus lupinus. Pręter Acinū Craſtinum Hiccine &c. Nūdinę Protinus perendie Oleaginus Faginus Serotinus Trinundinus Hornotinus. Clamdeſtinus longū ponit Lucrecius Et clamdeſtinis ſurgencia fraudibus arma. Græca eciā a lapillis coloribuſq; & pleriſq; alijs deducta corripiunt ut cryſtallinus adamantinus myrrhinus byſſinus coccinus bōb. ſan.
Fœminina eciā fixa ꝑducūt ut farina culina cortina. Præter ea quæ naturā maſculorꝫ ſequūtur ut aſina. & preter Buccina Fuſcina Fiſcina Fœmina Lamina Elemoſina Machina Mutina Pagina Proſerpina Patina Sarcina Trutina Vtina.
Propria & patronymica plerūq; ꝑducunt ut Albinus Nerine (Adraſtine.
I ante P corripitur ut antipos.
Excipe Obſtipus. Conſtipo as.
I ante Q producitur ut antiquus iniquus. Pręt' Siliqua Reliquus Aliquis.
I añ R corripit' ut gadiris martyris.
Exci Butyrum: quāuis breue inueniatur Delyrus
pe Papyrus Saphyrus pro lapide.
I añ S corripitur ut eliſiū Excipe Anchiſes Cambyſes Gauiſus Paradiſus: Paraliſis dichronum eſt.
I ante T corripitur ut leuitas amita calamitas irrito a ratus.
Longa ſunt finita in ta a proprijs ſūpta vl' propria loci ut heremita leuita margarita polimita abderita anachortta. Præter Alphita & Pituita quod eſt ad placitum.
Lōga ſunt gręca in tis vl' in tes ut Sunamitis Therſites.
Longa ſunt denominatiua ut maritus: auritus.
Longa ſunt ſupina & verbalia verborꝫ quartæ coniugacionis vel tercię: habenciū iui in preterito & itum in ſupino ut auditū cupitū petitū auditus peticio Pręter Seruitus: & cōpoſita cū ſupinis correptis ut aditū nequitū. Notetur ambitū ſupinū & ambitus nomen: ſimiliter agnitus & q̄ ſup̄ ī reg. de cōp.
Longa ſunt ſupina & inde formata Deponenciū Comuniūve:

ut mentitum oblitus. Præter Titus.
Longi ſunt genitiui nominis in is ut Quiris quiritis: alij corripiuntur ut Militis Soſpitis.
Longa ſunt Aconytum. Cocytus. Hermofroditus Lecythus. Irito pro laceſſo ad irã. Valitudo in quo duæ breues in unam longam contrahuntur pro validitudo.
I ante V producitur ut ſaliua rediuiuus. Tolle Niniue.

O ante B corripitur ut Niobe. Excipe Ambobus Duobus October Ariſtobolus. Iacobus merito producit quia per o omega a græcis ſcribitur: & ita Claudianus ponit Ne laceres verſus dux Iacobe meos.

O ante C breuiatur ut colocaſum apoca.
Apocope Suffoco Prẹfoco.
Excipe Obliquos in ocis ut atrocis velocis. prẹter Celocis a celox.
O ante D corripitur ut Epodos Exodus. Excipe. Herodes Cuſtodis Cuſtodia &c

O ante F vel ph ſp corripitur ut ſarcophagus apoſtropha.

O ante G corripitur ut egloga. Tolle Sinagoga: Pedagogus

O ante L corripitur ut ſoboles: indoles.
Excipe Aetholus Etholia Pactolus
Idolum: quod per o omega ſcribitur.
Præſtolor Subſolanus Timolus
O ante M breuiatur ut Salomon.
Excipe neutra In um ut amomum. In a ut Arona.
O ante N producitur ut ſermonis Catonis obſonor.
Grẹca & barbara quoque Corripiunt ut diaconus demonis canonis Menonis ſardonix ſyndonis Macedonis Britonis lingonis teutones teutonici turonis mãmona
Producũt ut damonis ſinonis Symonis calidõis
Sydonius indifferenter a Virgilio ponitur: Sydonis autem patronymicum breuiatur.
O ante Q corripitur ut alloquor.
O ante R corripitur ut corporis memores decoris a decus.

Excipe
Obliquos nominum in or ut amoris. pt̃ Arboris Marmoris Memoris Equoris Rhetoris Bicorporis Caſtoris Tricorporis Hectoris Amyntoris
Obliquos maſculinoꝝ in os ut lepos leporis.
Deriuata ut ſonorus odorus honorus.

Decor decoris. Inde decoro as: decorus a um.
Decus decoris. Inde decoro as: decorus & indecorus.

O ante S producitur ut Mendoſus piloſus.
Excipe Ambroſia Ambroſius.

O ante T producitur ut Egrotus Azotum.

Compoſita ſimplicium naturam ſequuntur ut antidotũ monoptotũ aliquotus

O ante V corripitur ut Ludouicus.

Compoſita Regulam ſequuntur primtiuorum ut Innouo Improuidus:

V ante B corripitur ut coluber.
Excipe
Anubis Slauber
Compoſita a longis ut obnubo.
Connubium indifferens habet.

V ante C producitur ſequente us a vl' um ut Eunuchus Lactuca Caducum. In reliquis corripitur ut volucer
Excipe Pollucis Manduco Fiducia Item & compoſita a longis ut reluceo pelluceo educo is.

V ante D producitur ut Teſtudo.
Excipe Pecudis
Tutudi cum ſuis compoſitis ut cõtudi obtudi.

V ante F ſi inuenitur breuiatur ut Carnufex.

V ante G producitur ut Ferrugo.
Excipe Coniugis Sanguiſuga.

V ante L corripitur ut exulis nebulo ſotular.

Exci Adulor Getulus Torcular
pe Nomina huius forme currulis tribulis,
V ante M producitur ut Alumen.
Exci Autumo Columen Incolumis.
pe Compoſita a tumeo ut contumax contumelia.
V ante N producitur ut lacuna tribunal.
V ante P corripitur ut volupis vitupero uppupa.
V ante R producitur ut ſilurus palinurus prurio:
Camurus Centurio Lemures purpura
Luxurio Luxuria Mercurius.
Excipe Obliquos terciæ declinacionis ut murmuris gutturis. Præter telluris.
Meditatiua ut parturio eſurio
V ante S producitur ut ceruſa color Creuſa Meduſa
Ceruſum fructus corrīpi ſolet.
V ante T producitur ut cicuta cornutus.
Exci Arbutus. Item Compoſita ſimplicium natu-
pe rā ſequuntur ut diſputo alteruter percucio.
V ante V breuis ut eluuies induuie diluuium.

De ultimis Syllabis.

Vltimā ſyllabā dicimus eam qua terminatur dictio Itaq; & monoſyllaba quoniam a ſe incipiunt finiūtq; inter ultimas ſyllabas numerantur.

A finalis regulariter pducitur ut ultra: ama: a prepoſicio

Excipe
- Caſualia ut poeta / muſa pter
  - Ablatiuos ut a muſa.
  - Vocatiuos a noībus in as primæ uł terciæ declinaciouis ut o Aenea o Palla.
  - Barbara & Græca quæ ſunt in differencia ut tegea paſca.
- Ita Quia & Puta aduerbium: ſed Poſtea longum eſt niſi diuidatur ut poſt ea.

Numeralia in ginta & in genta cõmunia eſſe dicuntur: q̄ꝗ̄ ea quæ in ginta finiunt frequencius longa ſunt ut triginta: quę in genta vero breuia ut quadrĩgenta.

B finita corripiuntur ut ab: ob.

C finita producuntur ut ſic: fac: dic: duc: hic aduerbium.

Excipe: Lac Nec Donec quæ breuia ſunt. Hic pronomen quod indifferens eſt. Hoc eciã naturaliter breuẽ eſſe ex v̄bis Priſciani (notatur.

D finita corripiuntur ut aliud: quod. quid: ſed.

E finalis corripitur ut mille: mare: legere: docere: ſacerdote: bene: rite: ſæpe.

Excipe:
Gręca quę ad nos tranſiunt mutata littera η in e longam ut ἑλενη helene. πασιφη Paſiphe. Eciam ſi ſint vocatiui ut ω αγχιση O Anchiſe.
Ablatiui quintæ declinacionis ut die cum ſuis cõpoſitis ut pridie: hodie: quare. Fame q̄ꝗ quia olim quinti ordinis fuit. Et tabe aput Lucreciũ.
Imperatiua ſingularia ſecundæ coniugacionis ut doce mone. Quod ſi plerũꝗ inueniũtur correpta (vide: vale: caue) hoc fit vł propter ſequentẽ vocalem: vł quia aliq̄n tercię coniugacõis fuerunt.
Aduerbia formata a datiuis mutato o in e ut belle pulchre docte. præter male. Fere eciam et ferme.
Monoſyllaba ut me: te: ſe: e: vę interiectio. p̄ter Que Ve Ne coniunctiones (p̄ducuntur) Pte ſyllabica adiectio ut ſuapte.

Genitiui et Datiui ſinglares & nomĩatiui et vocatiui plurales primę declinacionis diphtongo p̄ducũtur ut muſæ: niſi propter vocalẽ ſequentẽ ut aput Virgiliũ Inſulæ Ionio in magno.

I finalis producitur ut bibi feci domini forti.

Excipiũt: Vocatiui gręci a noĩbus in is breuem ut Amarilli Daphni Tybri. Niſi fiat Sinereſis vł diphtõgus aput gręcos ut ορφει Orphi. Datiui gręci a nominibus in as ut Palladi Archadi. Niſi Quaſi.

Mihi tibi ſibi ibi & ubi cũ compoſitis ad placitũ habẽt finalem

B.M.

L finita corripiuntur ut ceruical Hanibal mel ſemel vigil &cē

Excipe — Nil Sol; Barbara in el ut Daniel Michael.

M finita corripiuntur ut templum.

N finita producuntur ut Pean Titan quin ren lien. nō. en.

Excipe
- In grecis
  - Accauſatiuos ī in ut capin parin procrin.
  - In on neutra ut Ilion. Pelion.
  - Accuſatiuos in on a ntīs in os breuē ut menelaon epodon eutrapolon hiacinthon.
- In latinis
  - Corripiencia penultimā creſcentis genitiui ut nomen flamen omen &c.
  - Que p apoſtrophen pferūtur ut egon viden. An In Dein Exin Proin
  - Forſan Forſitan Tamen Attamen:

O finalis variatur ut virgo lego cantando ergo.

Excipe
- Monoſyllaba ut do ſto que producuntur.
- Datiuos et ablatiuos in o & aduerbia ex eis effecta ut viro magiſtro quanto tanto quia pducuntur. Preē hec aduerbia mutuo/ſero/cito/modo/ſedulo/crebro/profecto/q̄ ſunt cōmunia.
- Græca in O ut Dido Manto q̄ ſp pducuntur.

R finita corripiuutur ut ceſar imber miſer.

Excipe
- Monoſyllaba ut cur fur cor lar far ver par cū compoſitis. Præē Per Fer Ter Vir q̄ breuiantur.
- Græca in ir apud nos in er longā finiūt ut aer ether crater character ſtater. Q̄ꝗ licencioſe Claudianus corripuerit aer Lucidus umbroſo miſcebitur aer auerno.

As finiencia producūtur ut maieſtas muſas pallas antis.

Excipe
- Græca in as quę genitiuū in dos mittūt ut Pallas pallados: Ilias iliados.
- Accuſatiui plēs in as quoꝝ gtī ſinglāres in os terminātur ut philis philidos philidas tros oos as

Es finiencia pducūtur ut patres heres Chremes doces ſcies.

Excipe
- Grecos nominatiuos plurales ut garamantes Iliades. pleiades. archades. Saxones. corripiunt;
- Es ſubſtantiuū cum cōpoſitis ut ades quæ breuiantur.
- Inquies Penes.

Item excipiuntur corripiencia penultimã creſcentis gtī ut mi-
les. Præter Abies Paries Aries Ceres Spes Res Fides Pes
cum compoſitis quæ producuntur.

Is finita corripiuntur ut ignis legis collis. Is correpta ſibi ſitez facit genitiuum

Excipe
- Datiuos & ablatiuos pl'es ut his dominis.
- Accuſatiuos pl'es terciȩ declinacionis ut omnis.
- Secundam perſonã preſentis indicatiui ſinglaris quartæ coniugacionis ut audis munis.
- Producencia penultimã creſcentis genitiui ut aris ſamnis ſoteris delphis lis.
- Velis Nolis Malis ſecundas perſonas verborum Volo Nolo Malo.
- Monoſyllaba ut dis/ſis/vis/cum compoſitis ut ad ſis/videſis/quãuis/quiuis. Præt Is Quis Mis Tis Bis quæ breuiantur.

Os finita producuntur ut heros: nepos: deos: bos: os oris.

Excipiunt
- In græcis
  - Neutra in os ut argos cetos.
  - Maſculina vł cõmunia habencia genitiuum in os ut typos: monos.
  - Genitiui in os ut pallados archados.
- In latinis os oſſis Compos Impos ſecũdũ q̊ſdam

Vs finita corripiuntur ut deus tempus cuius lepus digitus.

Excipe
- Monoſyllaba ut thus plus mus pus.
- Producencia penultimã creſcentis genitiui ut tellus ſalus. Sed Horacius licẽcioſe palus corri.
- Gtīos ſinglares & ntīos accuſatīos & vocatiuos pl'es q̃rtȩ declina. ut huius manus hi & hos fructus
- Grȩca in us ut melampus pantus.

T finita corripiuntur ut caput legat docet.

Niſi incidat
- Diphtongus ut aut.
- Poſicio ut legunt fert.
- Syncopa ut Fumat pro fumauit: Obit pro obijt: Petit pro pecijt.

V finalis ſemper longa eſt ut gelu cornu genu.

X finita poſicione producuntur ut lex exlex rex.

Impreſſum per Iohannẽ Schottũ Ciuem
Argeñ. nono Kłn Ianuarias Anno ſalutis humanæ M CCCCC.

LANDES-
UND-STADT-
BIBLIOTHEK
DÜSSELDORF

Pharmacapola ppe eyn apteyker

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf